

Nec enim in gladio suo possederunt terram & brachium eorum non saluabit eos.

Nec enim in gladio suo. i. p. arma sua (possederunt). i. in possessione acceperunt terram. p. missionis (& brachium eorum) id est fortitudo ipsorum iudeorum (non saluabit eos) ne ab inimicis superarentur.

Sed dextera tua et brachium tuum & illuminatio vultus tui: quoniam coplacuisti in eis.

Sed dextera tua. i. prosperitas quam eis dedisti quia succedere bar eis boni (& brachium tuum) i. potentia tua (& illuminatio vultus tui) i. illuminatus & sanus consilium tuum de tua voluntate procedens & hoc fecisti non suis meritis: sed tua benignitate hoc est quod sequitur (quoniam coplacuisti in eis) i. placuit tibi o deus ut hoc illi faceres (coplacuisti) dicitur ut pluralitas personarum ostendat. toti enim trinitati placuit: vel per (coplacuisti) notat mutuum placitum dei. s. & ipsorum: ut deus & ipsi deo placeant. h. terminat primum argumentum. Moraliter in his quibus versibus profectus bonis docet quod per audientium est a patribus sicut expositum est in primo versu. **Ecdl. vi.** In multitudine presbyterorum prudentium ista & sapientia eorum ex corde coniungere vult omnem narrationem dei possis audire. Secundo consideranda sunt exempla operum bonorum quod per secundum versum. s. (opus quod operatus es etc.) dat intelligi & maxime (opus) christi considerandum est quod operatus est in nobis. i. inter nos & per nobis opus. s. nostre redemptionis quod operatus est in cruce moriendo. ps. Operatus est salutem in medio terre **Abacuc. iij.** Dñe audiui auditionem tuam & timui: dñe opus tuum in medio annorum viuifica illud. Tercio dispende sunt gentes septem. i. septem vicia. Quarto plantande sunt vites Quinto affligere debemus populos. i. demones predicando: docendo: orando. Sexto ab alijs vitijs pellere que quatuor notantur in illo tercio versu (manus tua etc.) Septimo totum debemus deo attribuere quod notat in quarto versu & in sequenti cum dicit (nec enim in gladio etc.) significant septem peccata criminalia per septem gentes de quibus **Deut. vij.** Cum introduxerit te dominus deus tuus in terram quam possessurus ingredieris & deleuerit gentes multas coram te: etheum & gergesum: & amorreum chanaanem: & pherezium: & euem: & iebusum: percuties eas usque ad interuentionem non inuisibilem eis sedus etc. per gergesum qui interpretatur colonum eiciens vel aduena appropinquans: significat supbia que eiecit dyabolum de celo & adam de paradiso: et ita dicit colonum eiciens de terra aduena appropinquans: quia quanto magis homo vult per supbia deo appropinquare. i. exaltari tanto magis alienatur a deo: vñ **Esa. xliij.** Dicebas in corde tuo ascendam in celum: sicut ero altissimus: verumtamen ad infernum detraberis: in profundum lacus **Job. xx.** Si ascenderit usque in celum supbia eius: & caput eius nubes tetigerit. q. sterquilinum in fine perdet. per etheum qui interpretatur stupens vel formidans signat inuidiam que formidat felicitatem alienam. **Job. v.** Daniulum occidit inuidia. **Sene.** Trinam inuidia vbiq; oculos haberet ut omnem felicitate torquerent. Item inuidia dicitur stupor: quia duobus modis accipitur stupor qui ambo inuidie competunt: dicitur enim stupor idem quod admiratio: quod bene conuenit inuidie dicitur illud poeticum. Fertior seges est alieno semper in agro. Vincinum quia pecus gaudius videri habet. Item stupor dicitur esse in dentibus quoniam non bene comedit & inuidia facit sibi insipida omnia bona aliorum: quia sicut dicit **Horatius.** Inuidus alterius macrescit rebus optimis. **Amos. iij.** Ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris. Per amorreum qui interpretatur amaricans: signat accidia. **Heb. xij.** Videte ne qua ratio amaritudinis sursum germinet. per etheum qui interpretatur lapides colliges: signat ira **Ecdl. x.** Qui transfert lapides affliget in illis. **Prover. xxvj.** Qui voluit lapidem reuertet ad eum. Per chanaanem qui interpretatur negociator: signat auaricia. **Apocal. xvij.** Negociatores terre stebunt. **Prover. x.** Cor impiorum per nihilum. **Ecdl. x.** Nihil iniquius quam amare pecuniam. h. omni & animam suam venale habet. Per iebuseum qui interpretatur psepe signat gula: que semper vult esse ad mensam. q. animalia bruta ad psepe. **Esa. v.** Ne qui confurgitis mane ad ebrietatem secundam & potandus usque ad vesperam. Per pherezium qui interpretatur disseminans signatur luxuria que non curat nisi semen spargat. **Ezec. xxxij.** Insa-

nuit libidinem super concubitu eorum quorum carnes sunt velle carnes animorum & sicut fluxus eorum fluxus eorum. **Iere. v.** Equi amatores in feminas & emissarii facti sunt: unusquisque ad uxorem proximi sui dumiebat. iste ergo male gentes debent disperat: id est penitus destrui sicut dicitur hic (manus tua gentes disperdidit) & percussit usque ad interuentionem sicut dicitur in **Deut.** In premissa auctoritate: cum autem dicit (nec enim in gladio suo etc.) Excludit ab eis omnem potentiam quia brachium est de substantia rei: gladius autem extrinsecus est: & infra notat quod nec a nobis ipsis nec ab extrinsecis operatione adiutorum habemus sufficientes ad predicta faciendum: sed a deo. id est a tota trinitate que notatur sequenti versu cum dicit (sed dextera tua) hoc ad patrem referret (& brachium tuum) hoc ad filium (& illuminatio vultus tui) hoc ad spiritum sanctum: simile habetur supra: dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo: dominus protector vite mee illuminatio: hoc referret ad spiritum sanctum salus ad filium: protector ad patrem.

Tu es ipse rex meus & deus meus qui mandas salutes iacob.

Tu es ipse rex meus Hic est secundum argumentum quod sic fit tu domine tantum dilexisti nos quod misisti pro nobis filium tuum in terris: ergo mirum est quod permittis nos ita male tractari. unde couertens sermonem suum ad christum dicit (tu es ipse rex meus & deus meus). q. d. ex quo talem regem habeo: non ita debere tractari: ostendit ergo se habere fidem de humanitate christi cum dicit (rex meus) et fidem de deitate cum addit (& deus meus) & fidem veteris testamenti contra manicheos cum dicit (qui mandas salutes iacob) & commendat christum multipliciter. Primo ab excellentia essentie: ibi (tu es) **1. Cor. iij.** Ego sum qui sum & post dicit qui est misit me ad vos. Secundo commendat eum ab immutabilitate essentie: ibi (ipse) Tertio ab officio doctrine & regiminis. ibi (rex meus) quia regit istum: prouidet: protegit: pascit: punire: remunerat: id est boni dicit (rex) non tyrannus. **Esa. xxxij.** Dominus iudex noster dominus legislator noster: dominus rex noster: & bonus rex: quia sicut dicitur in **Apocal. xix.** In capite eius diademata multa: & merito dicitur rex & habet dyademata quia legitime certauit. **1. Timothei. ij.** Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Quarto commendat eum a dignitate nature: ibi (et deus meus) Quinto a liberalitate: ibi (qui mandas salutes iacob) id est illi populo antiquo (salutes) scilicet corporales mandauit enim illi dominus salutes per alios modernos modernos autem saluat per seipsum: quos etiam ipse osculatus est. **1. Cor. x.** Osculetur me osculo oris sui. **Heb. j.** Multipharie multis modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. de hoc loco ubi dicitur (mandas salutes) & de alio iuxta quem illic mandauit dominus benedictiones tractum est quod dominus papa mandat salutem & benedictionem.

Moraliter qui est verus miles christi potest vere dicere (tu es ipse rex meus) & qui es verus cultor potest dicere (& deus meus) si ergo es miles pugna: si cultor in spiritu & veritate adora (qui mandas salutes) plures. s. tres interiorum exteriorum & eternam salutem (iacob) i. similibus iacob quia talibus dabit dominus illas salutes qui videlicet fuerint lenes per mansuetudinem & benedictionem eternam accipiant sicut iacob qui lenis fuit et benedictionem patris accepit. Item qui sicut iacob fugit fratrem suum esau: carnem suam que frater est fugerint. Item qui sicut iacob duas viros fecundauit: secundi fuerint in actiua & contemplatiua vita. Item qui fugerint a laban. i. a mundo: quia laban interpretatur dealbatus. Item qui oues. id est subditos et similes pauperum verbo exemplo & tempore subsidio: sicut iacob oues pauit. Item qui luctantes fuerint & preualuerint ad angelum magnum consilij lachrymis & oratione deuota sicut iacob luctatus est. **Gen. xxxij.** et **1. Cor. xij.** Fleuit & rogauit eum: ecce duo brachia quibus luctari debemus: & ibi dicitur inualuit ad angelum & confortatus est: sed quia pauca modo in huiusmodi inueniuntur filios iacob & salutes que mandant dominus non acceptant: id est dicit illud **1. Ren. j.** mandauit dominus aduersum iacob in circuitu eius hostes eius quare sequitur facta est

Moraliter de bonis profectu quo ad septem

Figura que septem vicia capitalia sunt de bellanda signata per septem reges.

Comedat christum in quibus

Moraliter

Quod mandat dominus salutes sicut iacob.

Vertical text in the left margin, partially cut off, containing various words and fragments of text.

hierusalem quasi polluta menstruis inter eos. Sequitur ter-
cium argumentum cum dicit.

7 **In te inimicos nostros ventilabimus cor-
nu et in noie tuo spernemus insurgentes in nobis**

E
Scihebunt
duplicem
partem in
iudicio

In te inimicos nostros etc. et sic elicit tertium argumētū ex
q̄ dñs tot bōa faciet i futuro sancti q̄ et alios iudicabit sic
dicit **Matth. xij.** Nos q̄ secuti estis me sedebit sup sedes iu-
dicantes duodecim tribus isrl: q̄ mirū videt quō p̄mittit eos
dus h̄ tātis tribulationib⁹ affici et oñdit duplicē potestātē
quā i futuro habebūt. Prima ē ptās iudicaria: vñ dicit (i
te) .i. in v̄tute nobis a te data (ventilabim⁹) .i. v̄dicabim⁹
separādo granū a paleis (inimicos nostros) .i. pctōres repro-
bos q̄ odio h̄nt bonos et inquantū mali odiunt ab ip̄is sic
in ps̄. dicit p̄fecto odio oderā illos: et alibi. **Im̄s odio ha-
bit: de ve. iudicatioe dñi. Mat. iij.** Qui ventilab⁹ i manu sua
zē. (cornu) hoc nomē p̄t eē ablatiui casus v̄vocatui: abla-
tiui vt sit sensus (ventilabim⁹ cornu) .i. fortitudine vel vo-
cātiui vt sit sensus (in te) o. (cornu) .i. o tu x̄p̄e qui es (cor-
nu) .i. fortitudo n̄ra et oim̄ sanctorū **Luc. j.** **B̄ndictus dñs
de. i. i. q̄. vi. et se. re. ple. sue: et crevit cornu salutis nob.** Se-
cūda ptās ē q̄ p̄culcabunt malos et ip̄os demones: vñ ad-
dit (et in noie tuo) .i. in v̄tute tua noiabili (spernem⁹) i surge-
tes in nobis) .i. malos hoies et demones. **Alia l̄ra expressi-
us dicit q̄ sic habet (in noie tuo p̄culcabim⁹) aduersarios)**
Esai. xxxvij. Desperit te subsumavit te virgo filia syon: lo-
quit ad semacherib. i. ad malos: et demones v̄go filia syō
ē p̄gregatio bonorū **Malach. v̄l.** **Salietis sicut vitulus d̄
armēto et calcabitis impios cū fuerint cinis sub planta pe-
dū vestrorū. post oñdit q̄ sancti habebāt duas dignitates
bas merito humilitatis et diuidit humilitatē sanctorū in q̄-
tuor partes. Prima est quando homo bona sua sibi nō at-
tribuit de quo dicit.**

8 **Non enim in arcu meo sperabo: et gladi-
us meus non saluabit me.**

Nō eñ in arcu meo sperabo **Alia l̄ra** (confidā in arcu)
.i. in opibus meis bonis q̄bus dyabolū sagitto. **Secunda**
ē quādo salutē suā sibi nō attribuit: vñ dicit (et gladius me-
us nō saluabit me) .i. fortitudo mea qua resistere sufficiz.
Tercia est quando attribuit deo saluationem suam et hoc
facit cum subiūgit.

9 **Saluasti enim nos de affligentibus nos:
et odientes nos confundisti.**

Saluasti eñ nos etc. **Tyrannis et demonib⁹.** **Quarta** est
q̄ attribuit deo victoriā suā de hostib⁹ et hoc dicit cum ad-
dit (et odientes nos confundisti) eodē vocat odientes q̄s vo-
cauit affligētes: s̄ plus ē p̄fundere eos q̄ saluare de mani-
bus eorū. aliqñ eñ saluat q̄s de manu regis vel alteri⁹ ini-
mici sui qd̄ cedit ad honore regis v̄ illius q̄ ei aduersat vt
cū p̄teritus fugit ab eo vel intrat lecus ignominiosum vt
enadat hostē suū: s̄ tūc cōfundit hostis qñ vincit et capti-
uus ducit et hoc f. et in die iudicij de malis hoibus q̄ h̄ san-
ctos x̄pi p̄secuti sunt: et de malignis spiritib⁹ quorū insin-
ctu hoc fecerūt: s̄ dicit (saluasti et confundisti) quia iam certi
sunt de hoc sancti q̄si si p̄teritū esset. **Nec solū p̄dicta ha-
bebūt sancti merito humilitatis sue: imo hec duo q̄ sequū-
tur. Primū ē exultatio p̄tinua et eterna: vnde dicit.**

10 **In deo laudabimur tota die: et in nomi-
ne tuo confitebimur in seculum.**

In deo **Existentes** (laudabimur) .i. iocundi et laudabi-
les erimus (tota die) .i. in eternū **Zach. v̄l.** **Erit dies vna q̄
nota ē dño. ps̄.** Quia melior ē dies vna in attris tuis super
milia. **Secūm** qd̄ habebūt sancti ē laus cōtinua: vñ subiū-
git (et in noie tuo) .i. in v̄tute et re nois tui qd̄ ē iesus (cōfi-
tebimur tibi) .i. habētes saluationē nostrā laudabimus te
(in seculū) sempiternū. ps̄. **In secula seculorū laudabūt te**

Moralit.

Potest etiā exponi eodē mō moralit̄ (**In te inimicos no-
stros ventilabim⁹**) .i. quasi puluere aut paleā deiciem⁹
(inimicos) .i. mundū carnē dyabolū. ps̄. **Quoniā i te eripi-
ar a tentatione et in deo meo trāsgrediar murū: ventilatio
fit cū manib⁹: et fit ibi duplex motus. i. sursum et deorsum**

q̄d significat bona opatio facta in dilectioe dei et primi
(in te) .i. tibi adberedo **Job. xvij.** **Donec me iuxta te et cu-
iusuis manus pugnet p̄tra me (cornu) .i. fortitudinē x̄pi i.
carnati. sic. n. ponit beda. qz cornu ēz durius carne et molli-
us offe. sic x̄pus nec videbat penitus in sua maiestate nec
penitus in humanite (in noie tuo spernem⁹) insurgentes in
nobis) .i. ad est motus omnis peccati intus in corde surgen-
tes q̄s illi spernūt q̄ eos cū indignatiōe repellūt. s̄ nō sper-
nūt q̄ eos recipiūt et quasi cū eis colloquentes in ip̄is dele-
ctant. **Prover. xvj.** **Indignatio regis nunciij metis nunciij
mortis sunt suggestiones dyaboli et motus peccati dyabo-
lus eñ et peccatū dicit mors: qz animā interficiunt quos
nuncios indignat rex. i. ille q̄ bene se regit. de q̄ **Proverbi
oz. xx.** **Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum
intuitu suo. spernemus ergo eos nō p̄sumentes (nō eñ in
arcu meo sperabo: et gladius meus nō saluabit me) .q. dñ.
nō in minore v̄tute mea nec in maiore sperabo (vel arc⁹)
dicit scientia sacre scripture. vñ **Job. xxxij.** **Arcus meus in
manu mea instaurabit (Gladius) ē p̄dicatio Ep̄be. vj. Et
gladiū sp̄s qd̄ est verbū dei et in neutro istorū ponenda
est spes salutis: sed in solo saluatore. ideo bene addit cau-
sam (saluasti enim nos de affligentibus nos) tu. s̄. non alius
Act. iij. **Nō est in aliquo alio salus. Deut. xvij.** **Beat⁹ es
tu israel. quis s̄. s̄. tui erit popule qui saluaris in domino.
scutum auxiliij tui et gladius glorie tue deus tuus scutum:
videlicet ad defensionē et gladius ad impugnationem (et
odientes nos confundisti) qz salus iustorū ē confusio demo-
nū et hominū malorū. vñ **Dieb. vij.** **Educat me dñs in lu-
cem et videbo iusticiā eius et aspiciet me inimica mea et ope-
riet p̄fusione (in deo laudabimur) vt supra expositū ē. ps̄.
Beati q̄ habitāt in domo tua domine etc.************

11 **Nunc autem repulisti et confundisti nos et
non egredieris deus in virtutibus nostris**

Nunc autē **Secūda ps̄** in qua enumerat mala q̄ h̄ susti-
nent sancti. et h̄ cōclusio triū p̄cedentiū argumentorū. q̄si
tu quondā tot bona fecisti populo dure cervicis et tantum
dilexisti nos q̄ filiū tuū de⁹ pater misisti p̄ nobis et tot bo-
na facies nobis in futuro. nūc autē repulisti nos. q. d. mirū
ē. **Enumerans autē** mala que sustinent sancti diuidit ea in
duo. s̄. in dura et in turpia. dura autē diuidit i plura: **Primū**
est anxietas de dilatione patrie. vñ dicit (nūc autem repu-
listi nos) .i. ab ingressu patrie. ps̄. tu vero repulisti et despe-
risti **Christū tuū.** **Secūdum** est confusio exterior: qua con-
fundebant sancti quia eis imponebantur multa mala vñ
de dicit (et confundisti nos) **Et notat modū loquendi sancto-
rū dicunt eñ q̄ tribulatio a deo est quicunq̄ cam inferat.
fm̄ q̄ dicit **Job. j.** **Dominus dedit dñs abstulit et tamē ad
l̄ram caldei irruerūt in eū. r. ij. Reg. xvj.** **Dominus p̄cepit
semei vt malediceret dauid. Tercū ē auxiliij diuini subtra-
ctio vnde addit (et nō egredieris deus in virtutibus nostris)
id ē in exercitiis sicut solebas facere qñ vnus p̄sequeba-
tur mille et duo fugabant. r. milia. sicut dicit **Canti. Deut.
Quartū** est auersio a fide q̄tum ad eos qui defecerūt in
tormenta. vnde dicit.****

12 **Quertisti nos retrosum post inimicos no-
stros et qui oderunt nos diripiebant sibi.**

Quertisti nos retrosum .i. quosdā ex nobis (retrosum)
a fide post inimicos nostros. tyrānos vt victi eorū sequerent̄
errore negādo fidē saltē v̄oceten⁹. q̄rū vñ fuit ip̄e petrus
vel fm̄ aliā l̄ram. **Istud q̄rū ē p̄secutio q̄ de loco ad locū
fugabāt sancti sicut eñ h̄z alia l̄ra v̄st̄i terga n̄ra hostib⁹
Matth. x. **Cū persequetur vos in ciuitate ista fugite i aliā
Quintū ē i carceratio. v̄l. bonorū eorū direptio. vñ addit (et
q̄ oderūt nos diripiebāt) .i. dire rapiebāt nos vt ad carce-
res traberēt sibi. i. vt suā crudelitātē faciaret qua sangui-
nē nostrū sitiebant. **Debre. xj.** **Alij vero ludibria et verbera
erpti insuper et vincula et carceres. vel (sibi) .i. malo suo vt
(diripiebant) .i. detrabebant et diuersi (rapiebant sibi) bo-
na nostra qz bona scōz p̄ficabāt et diripiebant sicut p̄da
fm̄ istud **Esa. lix.** **Facta ē v̄ritas i obliuionem: et q̄ recessit a
malo p̄de patuit. Sextū ē v̄litas mortis. vnde sequit̄.********

Partial text from the adjacent page, including marginal notes and the beginning of another section.

Vedisti nos tanq̄ oues escarum ⁊ in gē-
tibus disperisti nos.

Vedisti nos. s. ad occasionē (tanq̄ oues escarum) q̄ ad ali-
ud nō sunt vitales. sunt em̄ quedā oues fetose q̄ nō libenter
occidunt s̄ cū desinūt fetus parere. tūc nō curat de eis sed
occidunt de facili. sic martyres inuitiles reputant̄ ⁊ vili-
ter occidunt infra estimati sum⁹ sicut oues occasionis. ⁊
ideo dicit (escarum) qz tyranni delectabāt i tormentis sancto-
rū. q. i. elcis. Septimū ē exiliū. vñ dñt (⁊ in gētib⁹ disper-
sisti nos). i. iter gētes diuersas. sicut iohes euāgelista ⁊ be-
atus Clemēs ⁊ multi alij exulauerūt. Heb. xj. In solitudi-
nib⁹ errātes. Crauū est mortis eoz inutilitas. s̄m opūio
nem tyrannozum. vñ de sequitur.

Vendidisti populum tuum sine precio: et
non fuit multitudo in cōmutationibus eoz

Vendidisti po. tu. i. sanctos (sine precio) qz nullā vtilitā-
tē inde secuta ē estimabāt tyrānū ⁊ s̄m eoz opinionē (nō
fuit multitudo in cōmutationib⁹ eoz). i. p̄ illis q̄ p̄ fides
occisu sunt nō successerūt multi credētes s̄ falso credebāt
h̄ qz i sanguine martyz fundata ē ecclia sic opinabāt p̄ba-
rao dicēs. Ezo. j. Ecce populus israel multus ⁊ fortior no-
bis ē. venite sapiēter opprimemus eū ne forte multiplicet:
s̄ frustratus ē a spe sua: qz ibi sequit̄ qz quāto magis oppri-
mebant̄ tāto magis multiplicabant̄. sic fuit de martyrib⁹
⁊ de ip̄o xp̄o quē occiderūt iudei ne amitterēt gentē ⁊ locū
sicut dicit Job. xj. Et eo ip̄o amiserunt. ⁊ ex hoc multipli-
catio ecclēsie secuta ē. vñ Job. xij. Nisi granū frumenti ca-
dens in terrā mortuū fuerit ip̄m solū manet. si aut̄ mortu-
um fuerit multū fructū afferet: ⁊ s̄m hoc dñs vendere san-
ctos: qz multi p̄ mortē eoz acquirunt dñō: ⁊ ideo nō (sine
precio) vt mali estimāt. Enumeratis duris que p̄ s̄ sūt san-
cti enūerat turpia quoz p̄mū ē obprobriū. vñ dicit.

Posuisti nos obprobriuz vicinis nostris
subannationem et derisum his: qui sunt in
circuitu nostro.

Proprobriū vi. no. qd̄ graui⁹ ē q̄ si extraneis ita facti su-
mus obprobriū vicinis nris obprobriū aut̄ diuidit in duo.
scz in subannationē ⁊ derisum. vñ sequit̄ (subannationē
⁊ derisum his q̄ in circuitu nro sūt) subannatio aut̄ est q̄
fit cū naso ⁊ tractu ex indignatōe. Derisus aut̄ fit cū visu ⁊
gestu. Tercium est quia positi sunt exemplar maledictio-
nis. vñ de additur.

Posuisti nos in similitudinem gentibus
commotionem capitis in populis.

Posuisti nos in similitudinē gentib⁹ vt v3 de nobis su-
mant formā maledicēdi alijs dicēs sic p̄ eas vt Laurenti-
us ⁊ Vincentius ⁊ bñus Sap. v. Hij sunt q̄s aliqñ habui-
mus in derisū ⁊ i similitudinē improprij. Quartū ē commotio
capitis. vñ de addit̄ (commotionē capitis) supple (posuisti
nos) in popul. ⁊ commotio capitis signū ē cōmūtionis ⁊ in-
dignationis. vñ de iudeis dī Matb. xxvij. Nouebāt capi-
ta sua dicētes vab q̄ destruis templū dei ⁊ in ps. oēs viden-
tes me deriserūt me locuti sunt labijs ⁊ mouerunt caput.

Moralit̄. in his sex versib⁹ notat̄ p̄cessus v̄l potius ca-
sus peccōis: p̄nt ei dicē peccōes (Nōc aut̄ repulisti nos) a
tui p̄emplatiōe. s̄ ē p̄mū qz sicut dī i ps. supcecidit ignis ⁊
nō viderūt solē (⁊ p̄fudisti nos) i nri p̄sideratōe. Jere. xxxj
Postq̄ oñdisti mibi p̄fusus sum ⁊ erubui. Oñdisti autem
dñs hōi q̄ debilis sit cū eū sibi reliq̄t. vñ bñ subdit (⁊ non
egredieris de⁹ in v̄tutib⁹ nris). s. nō defendes nos a diabo-
lo. cui subieciū nos p̄ peccā (⁊ iō auertisti). i. auerti p̄missi-
sti nos (post inimicos nros) vt nos victos ducat q̄ voluc-
riūt. s. ad Timo. v. Jā ei quedā verse sunt post sathanā (⁊
q̄ oderūt nos diripiebāt sibi) qz oia bona q̄ bz hō auerūt
ab eo spoliātes eū gratuitis ⁊ vulnerādo i naturalibus. si-
cut dī Lu. x. qd̄ significatū ē. j. Regū. xxij. vbi dī ecce p̄hy-
listijm oppugnat̄ ceyla ⁊ iripiūt dareas. Ceyla interpretatur
extollēs semetip̄m ⁊ signat̄ aiām peccatricē q̄ peccādo ex-
tollit se aduersus deū. ⁊ p̄cipue illaz q̄ de virtutib⁹ supbiē

phylistijm. i. demones diripiūt areas eius. i. fructus alic⁹
tam sit i maturitate. ⁊ hoc ē sile nani picidatū i ip̄o portu qz
q̄ dicit (diripiebāt) p̄mēt ad spoliatiōē gratuitoz. qd̄ au-
tē sequit̄ (vedisti nos tanq̄ oues escarum) p̄mēt ad vulnēra-
tiōē naturalū quā fecit peccatū. Eccl. xj. q̄si a facie co-
lubz fuge peccā si accesseris ad ea suscipiet te dentes leonif
nec solū h̄ mala faciūt. s̄ ⁊ hōiem valde distrahūt vñ seq̄t̄
(⁊ in gētib⁹ disperisti nos) Ezo. v. Dispersus ē ois ppl̄s per
omne terrā egypti ad colligēdas paleas. ⁊ bec oia q̄ h̄ deo
attribuunt̄ cuz dī (vedisti disperisti) p̄missiue intelligenda
sunt sicut dī Amos. iij. si erit malū in ciuitate qd̄ nō faciat
dñs. s̄ si inter eoz mala q̄ fecit peccā aliquā vtilitatē p̄stia-
ret nō eēt tñ mirū si hōies diligerent peccatū: s̄ nulla vtili-
tas ibi est. vñ sequit̄ (vendidisti). i. vendi a semetip̄o per-
misisti (populū tuū) quē tuo sanguine emisti ⁊ in hoc nota-
tur eoz ingratitudo qui se aliū vendūt. sine precio. i. p̄ nibilo
ad Roma. vj. quē fructū habuistis tunc in illis in quibus
nūc erubescatis. de venditione hac. Esaie. v. Quis ē credi-
tor meus cui vendidi. ecce ei in iniquitatib⁹ v̄is venditi estis
q. d. ego p̄prie nō vendidi vos. s̄ peccata v̄ra vendiderunt
vos. vel vos ipsi vendidistis vos p̄ precio peccō Esaie. liij.
Vos t̄is vendidistis. Diabol⁹ em̄ em̄it animas peccato-
rū ⁊ soluit eis monetā peccati ⁊ peccatū nihil ē. vñ bñ dicit̄
tur (vendi) p̄ nibilo. i. (sine precio) ⁊ posset dicere aliq̄s ve-
rū ē qz (sine precio) s̄ tamen nō sine p̄mutatione qz licet eter-
nā felicitatē amittat̄ peccando tamē p̄ illa recipiūt p̄sentē
vñ s̄ tales dicit̄ (⁊ nō fuit multitudo i p̄mutationib⁹ eoz)
q. d. multa sunt ⁊ eterna q̄ amittunt. s̄ pauca ⁊ momenta-
nea q̄ recipiūt Greg. momentaneū ē qd̄ delectat eternum
est quod cruciat h̄ p̄dicta mala fecit peccatū in homine q̄
tū ad se. Sequunt̄ aut̄ quatuor mala que respectu alioz
fecit. Prīmū est q̄ p̄remunt̄ a ceteris xp̄ianis. vñ dicit̄ po-
suisti (nos obprobriū vicinis nostris) Secundū ē qz iride-
tur a demonibus. vñ de addit̄ (subannationem ⁊ derisum
his qui in circuitu nostro sunt). i. demonibus De quibus
Job. xij. Obsederūt in gyro tabernaculū meū. j. Petri. v.
Aduersarius vester dya. tan. leo ru. cir. q̄ quē de. Tercius
est quia equiparat eos gentibus. vñ dicit̄ (posuisti nos
in similitudinē gentibus) Quartū qz eos infamat apud om-
nes vñ de addit̄ (commotionē capitis in populis) super illū
autem versum (vedisti nos tanq̄ oues escarum. notāde sūt
p̄prietates ouis que viris religiosis conueniunt que notā-
tur his versibus.

Feta bidens dormis vestita. lupum tinet imbres.
Carne iuuat. pelle vellere. lacte fimo.
Cernit humum. balans edit verbas hostia. veloz.
Pastorem sequitur in grege. sola dolet.
Ruminat. innocuo cornu. pede vertice duro.
Consa tacet maculat morbida peste gregem.
Hec offina conueniunt religiosis. Quis igitur est feta fñt
illud. ps. oues eoz fetose ⁊ Esaie. iij. Fetas ipse portabit.
ita religiosi fetosi sunt quia etiā indifferentia opera que ex
obedientia faciunt fructuosa sunt eis ⁊ meritoza vite eter-
ne vñ bene significāt̄ per Isachar qui interpretatur vir
mercedis. quia de minimis etiā mercedem expectant. de q̄
Benefis penulti. Isachar asinus fortis accumbans inter
ter terminos vidit requiem quod eēt bonaz ⁊ supposuit bu-
merum ad portandum. Dicitur enim religiosus Isachar
propter mercedem copiosam asinus fortis propter suauē
onus domini quia fortiter portat habitat inter terminos
mundi ⁊ celi quia nec de mundo est nec adhuc in celo est.
Videt requiem per contemplationem. supponit bumeruz
per actionem voluntarie non in angaria portans crucem
suam tributis seruit per promptam obedientiam.
Item est bidens duos habet dentes incisivos quib⁹ car-
pit herbam et pascitur in montibus. vbi magna animalia
non possunt pasci. sic religiosus habet duo. scilicet mundi-
ciam conscientie. ⁊ humilitatem cordis quibus pascit vire
tra sacre scripture: que paruulos pascit phos dimittit ina-
nes sine enim illis duobus dentib⁹ nō potest sumi qz sicut
dicit̄ in Sapi. j. In malivolam animā non introibit sapiē-
tia. ⁊ Matb. xj. Abscondisti hic a sapientibus ⁊ prudētib⁹

3
Mō. p̄prie-
tates ouis
xxiij. p̄prie-
tates reli-
giosis.

Substantia
tio et deri-
sio qd̄ sunt
Moralit̄
Casus mi-
serabilis pec-
catoris q̄
ad multa.
Figura.

Psalmus

